Lecta in Audien[tia] Jo. Amorinj Lector   concordat   Morbio 23 (34)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Sixtus eps servus servor[um] dei Dilectis filijs .. Preposito ecclie Casalen[sis] et .. Vicario venerabilis fratris nri . Epi Casalen[sis] in spiritualibus generali Salt et aplicam ben[edictionem].
Ad ea, per que ecclia[rum] et Monasterior[um] quor[um] omnium cura nobis generaliter est comissa, comodo et utilitati consulitur, ut tenemur intenti hijs, que propterea facta fuisse dicuntur, cum a nobis petitur libenter mandamus nri adij
ci muniminis firmitatem . Dudum siquidem a felicis recordationis Paulo pp. ij . predecessore nro emanarunt littere tenoris subsequentis . Paulus eps servus servor[um] dei Ad perpetuam rei memoriam . Cum in omnibus iudi
cijs sit rectitudo iustitie, et conscientie puritas observanda, id multo magis in comissionibus alienationum rer[um] ecclesiastica[rum] convenit observari in quibus de xpi patrimonio, et dispensatione paupe[rum], non de proprio cuiusq[ue] pecu
lio agitur, aut tractatur . Quapropter oportet, ut in examinandis huiusmodi alienationum causis, que a sede aplica in forma si in evidentem cedant, oneratis ecclesiastico[rum] iudicum conscientijs delegantur, nichil favor usurpet, nichil
timor extorqueat, nulla expectatio premij iustitiam, conscientiamq[ue] subvertat . Monemus igitur, et sub interminatione divini iudicij omnibus Comissarijs, et delegatis huiusmodi districte precipimus, ut caute, et diligenter atten
dant causas in litteris aplicis per supplicantes expressas, illasq[ue] solicite examinent, atq[ue] discutiant, testes, et probationes super narrator[um] veritate recipiant, et solum deum pre oculis habentes omni timore, aut favore deposit[o]
ecclia[rum] indemnitatibus consulant, nec in lesionem, aut detrimentum ear[um] decretum quomodolibet interponant . Siquis autem Comissarius, aut delegatus conscientie sue prodigus in gravamen, aut detrimentum ecclie per gratiam,
timorem, vel sordes alienationi consenserit, aut decretum, vel auctoritatem interposuerit, inferior quidem Epo sententiam excomunicationis incurrat, Eps vero, aut superior ab executione officij per Annum noverit se suspensum
ad extimationem detrimenti ecclie illati nichilominus condemnandus, scituros qd si suspensione durante damnabiliter ingesserit se in divinis, irregularitatis laqueo se involvet, a quo non nisi per summum Pontificem poterit liberari,
Is vero, qui dolo, vel fraude, aut scienter in detrimentum ecclia[rum] alienationem fieri procuraverit, aut per sordes, vel impressionem alienationis decretum extorserit, similem sententiam excomunicationis incurrat, a qua non nisi per
Roman[um] Pontificem possit absolvi, ad restitutionem nichilominus rer[um] alienatar[um] cum fructibus, quandocumq[ue] de premissis constiterit, condemnandus, Volumus autem qd Comissarij, et delegati predicti de penis Constitutionis nre
specifice moneantur, et in quibuscumq[ue] litteris comissionum huiusmodi hoc statutum nrm inseratur, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre monitionis, precepti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire,
Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beator[um] Petri, et Pauli Aplor[um] eius se noverit incursurum . Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimosexa
gesimoquinto Quinto Kl May, Pontificatus nri Anno Primo, Et deinde pro parte dilecti filij Nobilis viri Guillermi Marchionis Montisferrati, et dilectar[um] in xpo filiar[um] . Priorisse, et Conventus Monasterij Monialium sancte
Marie dela Rocha Montisferrati per Priorissam soliti gubernari ordinis sancti Benedicti Casalen[sis] dioc a Monasterio Caseței dicti ordinis sancti Benedicti Claromonten[sis] dioc Romane ecclie immediate subiecto dependentis nobis nuper
exhibita petitio continebat, qd alias ipe Priorissa, et Conventus per dilectum filium, Franciscum de Mazolis de Poresturia Priorem domus sancte Catherine Opidi Tridini ordinis fratrum Predicator[um] dicte dioc ear[um], et dicti Monasterij sindicu[m]
quandam petiam terre inter predicti, et Palazoli dicte Casalen[sis] dioc Opidor[um] confinia in loco Staphila nuncupato consistentem Octuagintasex modior[um], et staior[um] trium mensure illar[um] partium, ad dictum Monasterium sancte Marie legitime per
tinentem, et dicto Marchioni certis respectibus comodam, et Marchio per dilectum filium, Ubertinum de Castello laicum dicti Opidi Tridini, ipsius Marchionis procuratorem unam vineatam, et boschivam cum eius domo, et casina
Trigintaduor[um], et aliam prati, et boschi intra fines territorij Opidi Gabiani citra padum in contrata ad Vallem Asini nuncupata dicte Casalen[sis] dioc Quadraginta modior[um] similium cum eius casina ac reliquam pratuam intra fines
territorij dicti Opidi Palazoli et certas alias in diversis alijs locis dicte Casalen[sis] dioc consistentes petias terrar[um] Decem, et Octo modior[um] similium vel circa ad prefatum Marchionem pertinentes, et certis respectibus dicto Monasterio
sancte Marie utiliores quam foret dicta petia terre ad ipm Monasterium sancte Marie pertinens, cum mero, et mixto imperio, iuribus, et iurisdictionibus suis invicem permutarunt, salvo aplice sedis beneplacito, prout in quodam
publico Instrumento desuper confecto plenius dicitur contineri, Quare pro parte Marchionis ac Priorisse, et Conventus predictor[um] asserentium permutationem predictam in evidentem dicti Monasterij utilitatem cessisse et
cedere, nobis fuit humiliter supplicatum, ut eidem permutationi pro illius subsistentia firmiori nri confirmationis robur adijcere, aliasq[ue] in premissis oportune providere de benignitate aplica dignaremur . Nos igitur, qui de
premissis certam notitiam non habemus, petias terrar[um] ac domos, et casinas predictas iuxta illar[um] designationem predictam, ac alias ear[um] situationes vocabula, et confines, earq[ue] verum valorem, ac predicti Instrumenti tenorem pre
sentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni vre per aplica scripta mandamus, quatinus si et postquam vocatis dilectis filijs Abbate et Conventu dicti Monasterij Caseței, et alijs, qui fuerint evocandi, et dictis
petijs terrar[um] coram vobis specificatis, vobis insimul servata forma premissar[um] litterar[um] Pauli predecessoris prefati procedentibus de premissis, qdq[ue] permutatio predicta in evidentem dicti Monasterij sancte Marie cessserit, et hodie
cedat utilitatem legitime constiterit permutationem predictam, et prout eam concernunt omnia, et singula in dicto Instrumento contenta, auctoritate nra approbetis, et confirmetis, suppleatisq[ue] omnes, et singulos defectus, siqui
forsan intervenerint in eisdem, Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus aplicis, ac Monasterior[um], et ordinis sancti Benedicti predictor[um] iuramento, confirmatione aplica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et con
suetudinibus, ceterisq[ue] contrarijs quibuscumq[ue] . Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimoseptuagesimoseptimo Tertio Non Aprilis, Pontificatus nri Anno Sexto.

x
x
x
P. de Spinosis
A. Gundisalvus
J. Serrano

Ap

Albertus
P. Jo. [illegible] Jo. de Regio

Bon x 3?

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871686245-13/fragment/page=0001

H. Jacobi

1477 3/IV



Morbio 23 (34)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871686245-13/fragment/page=0002